

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: Particulam ex historia Caroli VI Francorum regis enarravit, 25 Juli 1795

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Particulam ex historia Caroli vi Francorum regis
enarravit

Christophorus Hensicus Doll.

die xxv. Julij
1795.

Tranco
mote capi
ntionem a
aptum a
um Ocas
res sex ep
e quatuor n
se habere,
io, haffan
Emotus ca
mentus a
& inde ab
ppricibant
is restitua
cedera au
tupium a
lud & la
nprimis or
llus avi
100 x 100

Franco galloꝝ rex, Carolus vi., juvenis adhuc,
 mente captus fuerat. Qui ipse parabat tum expe-
 ditionem ad versus Britannia minoris ducem, ob sus-
 ceptum ab eo in clientelam virum illustrem, Pet-
 rum Craonium, quem rex sibi gradi volebat. In ibi-
 nere rex equo rehebatur. Forſe accidit, ut unus
 e pueris nobilibus, quos ſolent principes circum
 ſe habere, poſt regem equitans, parum adreden-
 do, haſtam, quam geſtabat, in illum demitteret.
 Emotus ea re, ingenti alioquin coeli ardore, vehe-
 mentius animus regis, prodicionem ſuſpicandis,
 & inde ab eo ſemper amenſia ſigna in eo con-
 ſpiciebantur. Utcunq; poſtea in ſanitatē men-
 tis reſtitutus, novo caſu illuc recidit. Inter
 cetera aularum oblectamenta, quae quandoque
 triſtium caſuum cauſae exſtiterunt, referre
 licet & larvatum illud ſaltationum genus, quod
 in proximis olim in deliciis habebatur. Ex more
 illius aevi, induebantur ſaltatores, in quibus
 rex & ipſe erat, veſtimentis lintheis, arcte corpori

cohaerentibus, superne crinibus ac pice inductis,
 & inter se coherere, saluare. Impudentia eu-
 jusdam aulicorum, aliquam personam curio-
 sius insperabantis, lumine propius admodum su-
 bito unâ conflagravit: difficili ex nexu,
 quo complicabantur, remedio. Silaspi deinde,
 alii in aquam frigidam se conjicientes, alii alio
 modo quaerentes salutem, intra aliquot dies mi-
 sere perire. Ipse vero rex, superinjectis vesti-
 bus, igne delecto, servatus est. Haec conserua-
 tione vero pristinum malum recruduit. Quae
 res, difficile dictu est, quanto tempore Galliam au-
 glixerit: exorto, super procuratore regni, in-
 ter sturlicae & Burgundiae duces, acri disidio.
 Utroque denique interremto, eo rex processit,
 ut Carolus Delphinus, solenni supremi senatus
 judicio, succedendi jure privaretur, in ejus
 locum Henricus v. Anglicae rex, ducta in matri-
 monium illius sorore, haeres administratorque reg-
 ni sufficeretur.
